

ergo horum simplicium, Hippocratis sententiâ, diuersæ inter se partes, succus, & caro, crassior terrenaque substantia.

Auicennæ pariter cognitum fuit, contrarijs virtutibus potiri medicamenta, *Lib. 3. tit. 1. cap. 1.*

ob partium varietatem: quarum altera non ita dominetur, vt alteri imprimat eum actum, qui suæ virtuti sit similis. Lac ergo, inquit, ex fero, caseo, butyro compositum, triplex temperamentum, triplicem actionem postulat. Perspici hoc, si ignis beneficio talia dissoluantur. Brasicæ enim decoctæ substantiam nitrosam, abstergendi potentem, à terrea, quæ adstringat auulsam, aquæ misceri. Eandem lentis, mandragoræ, cepæ, raphani, aliorumque, conditionem esse.

Oribasius eiusdem sententiæ est, vt Galeni quoque verba locis citatis transcribat, simulque plurium remediorum diuersas partes & qualitates exempli loco subiiciat. *Lib. 14. collect. c. 9.*

Quid Talco simplicius? Ast inde diuersa elicies: oleum item, si hoc pacto acceperis: Talcum in folia minutissima diuisum sacco lineo nouo inde, suspende, vt cacabi, in quo fabæ elixantur, vaporem per horas sex excipiat.

Saccum *Talci oleum.*

I exem-

I exem-